Polona dominisq eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem poenam banitionis Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Broscenski addit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus ius suae deputationis referens et e Loco publicationis rediens recognovit se praefatam poenam banitionis super praedictum citatum obtentam in foro Oppidi huius alta sua voce Heronica in praesentia multorum hominum protunc congregatorum publicasse proclamasse et notitiae debitae omnium dedi(di)sse de quo suam relationem fecit.

Lapinski — Lucrum

Super Cittationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris eiusmodi

Franciscus Joannes in Klecrow Lesnowolski Bran. etc. Capitan. Tibi Nobili Andreae olim Nicolai Lapinski de Lapy Burs(i)eta haeredi ex omnibus bonis tuis Vigore Regio et nostra Capli authoritate mandamus Ut in Terminis Quadrages ac Causar offy Castren Capitan Branscen in Curia Regia Feria Secunda post datam praesentis Cittationis prime celebrandis per se et peremptorie compareas Ad instantiam Nobilis Joannis filii Nobilis Christophori Lapinski de Lapy Deborna haeredis qui te Citat ad inscriptionem tuam Castren Branscen propria mediante submisisti et inscripsisti te eidem actori summam octo sexagenarum pol debiti certi et liquidi mutuataeque pecuniae pro certo tempore et in scriptione specificato solvere sub Vadio simili aliarum octo sexagenarum pol Cui tuae inscriptioni contraveniendo nec Vadium nec Vadium metuae summam praefatam non persolvisti per quod Vadium similis summae succubuisti ad quod super te decernendum Una cum solutione summae essentialis citaris videlicet sis responsurus Datum in Curia Regia Branscen Feria Secunda post Dnicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Similiter quidem cittationis praesentis Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Broscenski Cittationis huius Copiam Sigillatam ab Una integra ante terminum praesentem Septimana in bonis Lapy citti propriis posuisse et publicasse recognovit Memoratum per Actorea supra scriptum Citatum ad officium praesens Castren per Ministerialem Regni Nobilem Benedictum Broscenski clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto ex regestri ordine admissioneque praesentis offy iudicialiter condemnavit.

Mylkowski